

Peter Lauremberg

Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Petrus Lauremberg, Phil. & Med. D. & Prof. Ad Exequias, Quas Matronae Laudatissimae Elisabethae Pauli/ Vidiuus Moestißimus Dn. M. Johannes Corfinius Ecclesiastes ad D. Jacobum & S. Crucem, Reverendi Ministerii Rostochiensis Senior, parabit, Patres ac Cives omnes Academicos solenniter invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775768480>

Druck Freier  Zugang



Lauremberg, P.,
in
E. Pauli,
uxor. J. Corfinius.
Rostock, 1635.

20.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775768480/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775768480/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775768480/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775768480/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775768480/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775768480/phys_0004)

DFG

HZ
1720

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Academiæ Rostochiensis
PETRUS LAUREMBERG,
Phil. & Med. D. & Prof.
Ad Exequias
Quas
MATRONÆ LAUDATISSIMA
ELISABETHA
Pauli /
Viduus Mæstissimus
DN. M. JOHANNES
CORFINIUS
Ecclesiastes ad D. Jacobum & S.
Crucem, Reverendi Ministerij
Rostochiensis Senior, pa-
rabit,
Patres ac Cives omnes Academicos solen-
niter invitati.

ROSTOCHI,
Litteris Vidue JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXV.



ПРОГРАММА
БИБЛИОТЕКИ
Академической Родословной
ЛЕНГЕРСКАЯ ТАБЕРНАКУЛЯР
ФЕДЕРАЛЬНОГО УНИВЕРСИТЕТА
АЛЕКСАНДРИИ
САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
Елизаветинский



ДН М ИОАННЕС
КОРИННІЙ

Сборникъ
Д. Яковлева

Сборникъ
Раселеній Министерства

Родословныхъ

также

Сборникъ
Государственныхъ

имуществъ

Ростокъ

Университетъ

Университетъ



RECTOR
Academie Rostochiensis
PETRUS LAUREMBERG

Phil. & Med. D. & Prof.

Quod jam olim queritatus est Romanæ fidicen lyræ, de communi mortalitatis lege, quâ Misera senum & Juvenum densantur funera. Nuum s'va caput Proserpina fugit; id ex experimento suo palam facere potest ea domus, è quâ hodie exanimè corpus efficeretur; cuius gratiâ publica hæc Indictio promulganda fuit. Nondum clapsus est se nimenis, quando puillus vix decem dierum ætate ferens, per Fati inclem tam coactus est exire è cœtu viventium. Nunc dies quartus est, quod ejusdem puelli Avia materna simile debitum Naturæ persolvit; quæ hodie nepotulum suum passibus æquis, ad communem locum à tergo sequi jubebitur. Enimvero ita omnino res habet. Moriendi fatalis necessitas omnes ex æquo obligat & obstringit. *Divesne prisco natus ab Inacho?* Nil inter se: an pauper, & infirmæ de gente. Omnes eodem cogimur. *Omnium versatur urna; serius, ocyus.* Matrona hæc, cuius justis hodier na lux addicta est, ELISABETHA CORFINIA, per ætatem, quam statam modò habebat, nondum gravem aut gravidam grandi senio, superesse diu adhuc potuisse; & profectò etiam meruisset, spectatis nobilibus, quibus donata erat, virtutum gemmis: sed, eheu, implacabilis Mors non talia curat. Quia vero querimoniis nemo reduci in uitam potest, quamvis desiderio nullus sit pudor aut modus, quamvis trecentis, quot quoteunt dies,

tauris placare quis studeat illacrymabilem Parcam; fatius fuerit honestissimæ & maximè laudabilis matronæ memoriam piâ mente recolere, ne quæ discessu suo suis
odiuas n̄ nos n̄ negligemus, etiam aliis occidat aiso, annos, quod de patre suo deplorat Telemachus.

E Philosophis antiquioribus aliquis felicem estimabat eum, cui contigisset, περτας μην καλον ομεδαιον δευτερως οι ιγαντες: Non multum à veritate recessero, si (quod præfiscini dicam) affirmaro, beatam ELISABETHAM hanc exiguum punctum, dum viveret, tulisse istius felicitatis. Initio enim, ut sic interpreter illud καλον ομεδαιον, orta illa fuit tum integerimis ac honestissimis, tum clarissimis ac celeberrimis parentibus, ipsa pietatis, honestatis ac integritatis paternæ hæres ex asse. Nemo, ut arbitror, adest hospes est aut degener mundi incola, ad cuius aures nō pervenerit fama D. SIMONIS PAULI, Theologi solidè eruditæ, sinceri, & enthei, Superintendentis in hac diœcesi, & Professoris in Academiâ, & Pastoris in Ecclesia; qui non solum civitatem hanc nostrâ vivâ voce erudiit ad salutem æternam, sed etiam scriptis juvit orbem Christianum; eaque transmisit ad manus gratæ posteritatis, quæ ipsi tum viventi, tum post fatali immensam laudem, & famam indelebilem pepererunt. Hujus D. SIMONIS PAULI, & KATHARINÆ Prengers / è patriâ Prengerorum stirpe, Filia fuit defuncta ELISABETHA, primitus in vitam ingressa Anno 1584. Neque minoris dignitatis fuere illius Avus paternus, Dn. JOHANNES PAULI, Consul Reip. Suecensis, de civitate isthac insigniter bene meritus, Avus maternus HENRICUS PRENGER, vir optimæ virtutis & famæ, exq; civibus hujus Politiae primarius, ac Avia-

ma-

s. A

materna GERTRUDIS LEFFERDES, Senatoris hu-
jatis quondam Filia. His parentibus & progenitoribus
beatæ ELISABETHÆ, nihil prius aut commendatius
fuit, quām postquām ad Christū adducta, & Ecclesiæ al-
bo per baptismum inscripta foret, ut surgentis ætatis an-
nos in timore Domini, qui est initiū sapientiæ, in hone-
state, pudicitiâ, modestiâ, aliisq; virtutibus puellaribus
conficeret. Quod enim majus virginum decus, quæ dos
dapsilior esse potest, quām pietas, probitas, sedatus cu-
pido, & proclive ad operas pectus? His moribus adul-
tior facta, & parente charissimo orbata ELISABETHA,
apud matrem viduam ita commorata est, ut (quod sum-
mum & unicū à liberis exspectant, optantq; parentes,) &
solatio illi senescenti esset, & in re familiari administran-
da adminiculo; quod ipsum, si cui contingit, in magnâ
parte felicitatis ponendum. Pauci quos equus amavit Ju-
piter, tanto dignantur Divum munere. Et v. pietatē, cui
ante omnia studebat ELISABETHA, Deus remunera-
tus est benigno hostimento. Prospexit quippe illi mari-
tum, Reverendum & Præstantiss. Dn. M. JOHAN-
NEM CORFINIUM, Verbi Divini ministrum ad D.
Jacobum, juxtaq; ad S. Crucem, & hodie Reverendi Mi-
nisterii Rostochiensis Seniorem, virum præter doctri-
nam & eruditionem, à pietate, candore, studio, justitiæ &
veritatis commen datissimum, neminique nostrum non
cognitum. Sic quidem αγετον ομοιον αγαθον οεδος εις τον ομοιον.
Matrimonium inter hos conjuges, initum Anno 1608,
& continuatum ultra 27 annos, adeò concors, adeò
placidum & amicabile fuit, ut iis visa sit perpetuè esse
mens una, voluntas una, unum cor, una anima. Inter
alia Romanorum gentilia Numinæ erat quoque Fanum
Dæx Viriplacæ sacratum, quod frequentabatur quoties

inter

inter conjuges obortum esset dissidium. Leves quidem
simultates ac offensivulcas, clementi animadversione
inter ipsosmet sibi conveniebat. At si quid gravius
foret delictum, Vir non judicio experiri; non publicâ
voce familiarem turpitudinem prostituere, & pipulo
differre per urbem; sed ad scitis propinquis, tanquam do-
mesticis arbitris, sacellum Deæ Viriplacæ ingredi, atque
ibi de poenâ tum consultare, tum decernere. Mecastor
tali Viriplacâ nunquam opus fuit his conjugibus, quo-
rum vita ac conversatio nullis distracta odiis; nullis im-
pedita discordiis; nullis tumultibus perturbata. Piissi-
ma Elisabetha Gratiis suis, & mansuetudine, & pruden-
tiâ, & taciturnitate, modò antevertit, modò correxit,
modò devicit quicquid incommodi ex transverso in-
turrens, poterat molestiæ aut ærumnæ esse. Quid dul-
cior? quid jocundius evenire potest Patrifamiliâs, intra
penates domesticos se recipiunti, quâm habere Matrem
familiâs, cuius tutelæ cuncta negotia domestica credantur;
cum quâ euras partiatur? cui cogitationes intimas ape-
riat? cui parvos liberos committat? quæ marito jugi
exercitatione fatigato sit requies atq; somentum? Ta-
lis fuit ELISABETHA defuncta, quæ hanc gloriam,
palmamq; si non plurimis fœminis præripuit, certè an-
xipitem & dubiam fecit. Porrò quod pleræq; matrum-
familiâs votis pacisci solent, ut maritos suos pulchram fa-
ciant prole parentes, ejus rei particeps quoque facta est
ELISABETHA CORFINIA. Auxit quippe familiam
suam liberis quatuor: ANNA, quæ infans vitam cum
aetate mutavit; CATHARINA, quæ nupiui data est
viro politissimo **Dn. M. Joachimo Dafeno**, Academizæ
mijus Secretario, ex quâ defuncta nostra neptem unam
avenerit, & mortua superstitem reliquit, præmisso ne-

po-

potulo ante paucos dies ad cœlestē patriam: JOHAN-
NE, adolescente litterarum studiis invigilante; & ELI-
SABETHA, adhucdum innuptâ puellâ; quos omnes,
una cum Patre, acerbis gemitibus, & planctu maternam
emigrationem deplorantes, Summus rerum Arbiter,
Spiritus sui efficaci solamine recreet, diuq; rebus huma-
nis interesse concedat. Usa autem fuit ELISABETHA
p. m. firmâ, vegetâ, & nunquam ferè per morbos inter-
ruptâ corporis valetudine, plærisque vitæ suæ diebus.
Hoc D E I. & Natura beneficium Philosophus iste po-
nebat in secundâ felicitatis parte, optimo sanè jure, &
maximo merito. Neque enim homini in hac vitâ
majus quidquam contingere potest, quam si perpetuâ
faventem habeat Hygiejam. *O beata sanitas* (sic canta-
bant prisci in conviviis) *te presente amænum Gratiis ver flo-*
ret! absq; te nemo beatus! Historici memorant Pyrrhum,
qui Epirotis imperitavit; quique post Alexandrum, rei
militaris prudentissimus est adjudicatus, ubi immola-
turus templâ inviseret; non regni ampliorem molem,
non de hoste victoriā; neq; item gloriā; neq; divi-
tias, aut id genus alia; quibus mortalium plæriq; attoni-
ti inhiant, sed solam Sanitatem à Diis comprecari soli-
tum; quasi parte hac bene constitutâ, prosperius cessura
viderentur omnia. Fuit ergo etiam hoc nomine defun-
cta nostra felix. Verum ut nullum est perpetuum bo-
num: ut dura ilex, post longam ætatem, tonsa bipenni-
bus, subito lapsu cadit: Ita ELISABETHA, properâ
atq; acri invaletadine circumventâ, non solum pristinæ
sanitatis jacturam fecit, sed etiam prostratis subito viri-
bus, u gente vehementi ac continua febre; quæ eam ter-
tio die Maji occupavit, de vitæ statione dejecta est, XV
ejusdem hujus mensis; postquam vivendo absolvisset

annos

annos LI. Sicuti verò vivens mansuetudinis fuit singulare exemplar; ita moriens, in ardente Numinis Divini invocatione, & Christi Mediatoris fiduciâ, placidissimo halitu reddidit animam, quam paulò ante prospexerat & paverat salutari pabulo æternæ beatitudinis. Ob grave hoc & penetrabile vulnus, cordi tuo inflictum, Vir Re verende, jam Vidue, Dn. M. JOHANNES CORFINI, gementi tibi & serio dolenti, debebam equidem subvenire amicâ consolatione, & in partem lenire sollicitudinem, quæ te nunc coquit, & versat sub pectore fixa: Sed hoc esset Soli faculam præferre. Tu qui præsenti animo assistere solitus es decumbentibus ægris, & jamjam ferali linteamenti involvendis: qui afflictos consolari novisti vivifico Dei verbo; qui imbutum munitumq; habes animum tot piis meditationibus, tot sacris divinisq; sententiis consolationum foecundis; nunc, ubi maximè opus est, masculum geres peccatus, præstabitisque te virum Theologum, virum Christianum: & Dei sapientissimi consilium placitumq; animo pacato amplecteris.

Vos verò Patres & Cives Academici, laudatissimæ Matronæ exuviis supremum exhibete honorem; & hodie circa medium primæ, frequenti conventu in templo Divi Jacobi ad funus deducendum vos sistite. Ita tum condolentiam yestram testabimini; tum humanitati vestræ rem feceritis convenientem; tum modestissimo viduo exhibebitis gratum officium.

P. P. sub Sigillo Universitatis, Feriâ ultimâ Pentecostes, quæ est 19. Maii Anno cœc. loc. xxxv.


AS 3



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775768480/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775768480/phys_0013)

DFG






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775768480/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775768480/phys_0016)

DFG

materna GERTRUDIS LEFFERDES
jatis quondam Filia. His parentibus &
beatæ ELISABETHÆ , nihil prius aut
fuit, quām, postquām ad Christū adduct
bo per baptismum inscripta foret, ut sur
nos in timore Domini , qui est initii sap
state, pudicitiā, modestiā, aliisq; virtuti
conficeret. Quod enim majus virginum
dapsilior esse potest, quām pietas, prob
pido, & proclive ad operas pectus ? His
tior facta, & parente charissimo orbata E
apud matrem viduam ita commorata es
sum & unicū à liberis exspectant, optan
solatio illi senescenti esset, & in re familia
da adminiculo ; quod ipsum, si cui cont
parte felicitatis ponendum. Pauci quos
piter, tanto dignantur Divūm munere. I
ante omnia studebat ELISABETHA, I
tus est benigno hostimento. Prospexit c
tum, Reverendum & Præstantiss. Dn.
NEM CORFINIUM, Verbi Divini i
Jacobum, juxtaq; ad S. Crucem, & hodie
nisterii Rostochiensis Seniorem, virum
nam & eruditionem, à pietate, candore,
veritatis commen datissimum, neminiq;
cognitum. Sic quidem αὶ τὸν ὄφεον αὐτὸν
Matrimonium inter hos conjuges , init
& continuatum ultra 27 annos , adeò
placidum & atnicabile fuit, ut iis visa
mens una, voluntas una, unum cor, una
alia Romanorum gentilia Numinā erat
Deæ Viriplacæ sacratum, quod frequen



hu-
bus
tius
al-
an-
ne-
bus
dos
cu-
dul-
HA,
um-
,) &
ran-
gnā
it Ju
, cui
era-
ari-
N-
d D.
Mi-
etri-
ia &
non
zolov.
608,
ideò
esse
nter
num
oties
nter